

jam *Trithemius*, et post hunc alii dixerunt. Jam alias hic Commentarius relatus est.

DXLVII.

U. 115 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 158. 4. currente calamo, sed diversa manu exaratus, multumque ab situ et humore passus continet I. Lecturam in *Librum IV. Sententiarum* hujus initii: *Samaritanus vulnerato appropinquans. liber 4<sup>us</sup>. Postquam in precedentibus libris determinavit de rebus &c.*

II. fol. 84. succedit Tractatus de *Sacramentis* in genere et specie, absque inscriptione, sed hoc initio: *Primo queritur de diffinitione sacramenti, quando dicitur, sacramentum est sacre rei signum, an sit bona &c.* Qui Tractatum hunc tanquam Dubia et Quaesita in Lecturam praecedentem respiciet, non habebit me contrarium. Ejus extrema in mucum abiit.

Laetabimur. *Werden gamayd sein.*  
 Tabernacula. *Czell.*  
 Vagari. *Geczweiuerten.*  
 Pastorum. *Herter.*  
 Turturis. *Gurtel- et Gürteltauben.* An a *Girren?* An a *Gurt?*  
 Monilia. *Mirspan. Furspang.*  
 Tigna. *Gesperren.*  
 Fulcite me. *Stiuelt mich.*  
 Laeva. *Tenke bant.*  
 Apparuerunt. *Haben sich geaugent.*  
 In foraminibus. *In den luegern.*  
 Maceria. *Mawr an chalich.*  
 Cubiculum. *Slafgaden.*

*Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

DXLVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 498 ineuntis, nunc Folior. 236. f. per duas columnas probe scriptus et minio distinctus habet Sequentia: I. *Quaestiones in Librum IV. Sententiar. Petri Lombardi*, quarum tamen deperditum est Principium. Ultima Quaestio est: *Vtrum pena purgatorij infligatur animabus ibi existentibus per ministerium demonum?* Quod negatur.

II. fol. 70. p. 2. sequuntur *Cantica Salomonis* versibus latine et teutonice alternantibus, et Teutonice quidem aevo Codicis scripti vetustiora sunt. Ineunt: *Er chüft mich mit chusse seines mundes Wenn dein prüfte sind pezzer denn der wein paz riechünde den die pesten salben. Dein nam ist ein awsgedoffens öl daromb habent dich lieb gehabt die iungen maydlein. Zeuch mich nach dir so werd wir lauffen in deinen rukch deiner salben. &c.* En Glossariolum:

Virgula. *Virgel.*  
 Ferculum. *Ezzenbaw.*  
 Sterilis. *Ein galtes.*  
 Labia. *Lebs.*  
 Cum Propugnaculis. *Mit erkeren.*  
 Montibus pardorum. *Pergen der liebbarten.*  
 Pulfantis. *Chlochende.*  
 Qualis, talis. *Wie getan, so getan.*  
 Confitae a pigmentariis. *Gephalczet von den chlareten.*  
 Concubinae. *Slaffrawen.*  
 Terribilis. *Fraysam.*

I

Mala

1247

I C O D I C E S D

1248

Mala punica. *Walchürige Öp-  
phel.*

Crater. *Choph.*

III. fol. 75. p. 2. Succedunt  
varia Homiletica. 1) Sermones in  
Commune de Apostolis, Marty-  
ribus, Confessoribus et Virgini-  
bus. 2) De Ecclesia militante sub  
schemate Civitatis Apocalyp-  
ticae c. 21. 3) Praecepta e XII.  
Prophetis et variis Patribus. 4)  
Sermones de Sanctis per anni cir-  
culum, quorum Autorem ad Or-  
dinem Minorum pertinere, pro-  
babile fit ex Historiola, quae re-  
fertur de F. *Alexandro* quodam  
in Sermone de Exaltat. S. Crucis  
f. 172.

IV. fol. 205. p. 2. Incipit *Li-  
ber Scacorum*. Ita quidem: *Ego*

*Multi sunt presbiteri,  
Qui non sciunt, quare  
Supra domum domini  
Gallus solet stare,  
Et hoc uolo breuiter  
Vobis indicare.*

fed multum depravati sunt. Dein  
duplex brevicula *Dominicae Ora-  
tionis* Expositio.

DXLIX.

U. 299 Codex chartaceus lat. Sec. XV.  
Folior. 101. f. per duas colum-  
nas exaratus est *Tabula* five Index  
in D. *Thomae Aquin. Opera* non  
omnia, sed ea, quae in Prooe-  
mio, quod simul utendi methodum  
docet, enumerantur; sunt vero:  
*Summa, Opus super librum sen-*

*Violata. Genaczoget.*  
*Flumina. Vlutunge.*

*frater Jacobus de Cessolis ordinis  
fratrum Predicatorum uictus fra-  
trum plurimorum et multorum sco-  
larium nobilium dignitate &c.* Ne  
actum agam, vide, quae de hoc  
Opere Vol. I. P. 2. col. 2339. di-  
cta sunt. Hic adhaeret *Sermo bo-  
nus de Nouo sacerdote.*  
V. fol. 228. Sequitur *stella cle-  
ricorum*. Initio: *Quasi stella matu-  
tina in medio nebulae &c.* Saepius  
a me relata et frequenter typis  
excusa.

Terminant Codicem fol. 235.  
Rhythmi de Gallo in turribus  
Templorum, qui ineunt in hunc  
modum:

*Gallus est mirabilis  
Dei creatura,  
Et recti presbiteri  
Illius figura.  
Gallus nunquam negligit  
Tempus uespertinum &c.*

*tentiarum, Summa contra genti-  
les, Questiones de potentia dei,  
de veritate, Quolibeta tredecim,  
Questiones de uirtutibus in com-  
muni, de malo, de spiritualibus  
creaturis et de anima.* Nota Quod-  
libeta tredecim pro XII. Noster  
enim illis accenset Quaestionem  
de *Unione Verbi*, quae potius ad  
alias hic enumeratas Quaestiones  
pertinet, et in edit. Rom. 1570.  
f. cum iis T. VIII. constituit. Ta-  
bula ceterum alphabetica est, ab  
*Abraham* pertingens usque ad *Zi-  
zaniam.*